☙ VINCVLA HIPPOCRATIS AD ALLIGANDŪ CAPUT CRISTOPHORI ENDORFIMI

☙ VINCVLA HIL-
POCRATIS AD ALLIGAN-
dū caput Cristophori Endorfimi gyr-
gatum ſpirantis, Per Gregorium Sha-
motulinum: Artium & Iurium
Doctorem Archidiaconum
Poſnañ: ſibi pro Helle-
boro fabricata,

☙

Excuſum Cracouiæ per Florianum
Vnglerium Anno. M. D.
XXXVI.

Errores Endorfimi

denuo per eum confirmati,

1 Fames & mora bilem Endorfimo in nasum contiunt, vt confingat causas scribendi contra se.

2 Qui in anulo, dei figuram gestant, fumosq; in aulis venditant, facile probos doctosq; traducunt.

3 Insignis Achademia Lipsensis, nihil commune habet cum sycophanta.

4 Entelechia animam comprehendit intellectiuam, & hęc intellectum agentem, ambo immortalia, quod Endorfimus negat.

5 Idem canit palinodiã de ꝓuidẽtia dei.

6 Ex philozophię fundamentis, Theologia in nobis sumit probatiões quod Endorfimus non assequitur.

7 Ex verbis apostoli Petri, vos genus electũ &c. Male colligit Endorfimus Omne hominum genus Euangelium predicare posse.

8 Endorfimus palam se patitur cũ Luthero coniungi &c. Et ob id, ceu fautor hęreticorum puniendus.

9 Errat Endorfimus cũ putat Paulum, nullam condemnationem ijs qui sunt in Christo simpliciter docuisse.

10 Idem sibimet contradicit dum fratrem Christianum posse alteri fratri peccata dimittere asserit, data vel nõ data forma absolutionis.

11 Psitacum vel aliam auem posse absoluere fratrem credentem, recte pro absurdo contra Endorfimum cittauit doctor Gregorius.

12 Errat item Endotfimus, qui de fide formata, gratia & contritione nihil se scire affirmat.

13 Idem indoctus ignorat, in materia naturali & morali, propositionem indefinitam, vniuersali equipollere. Et proinde nõ credit delinquere, si quosdam concionatores traducat.

14 Errat insuper dum negat ieiunia conferre ad vitam eternam. Nec is indoctus, assecutus est Paulum, dũ ex eius v̈bis syllogisat, Christũ frustra mortuum non esse, ergo fide in Christum iustificari.

Eiusdem in iure ridiculi sensus.

1 Endorfimus talpa cetior, non vidit notata in .l. debitores C.de pignor.

2 Idem seraphicus Theologus, in quinqꝫ capitulis, tam Euangelij ꝙ Pauli, de hallijs prędicat, quę doctor Gregorius de cepis probandis citauit.

3 Idem iurista egregius non intellexit, per citationem causam esse ceptam, quo ad perpetuaudam iurisditionem & litispēdentiā vt in cle.ij. vt lite pen.

4 Idem inscite citat. L.j. C. de ferijs ad aliud, ꝙ est citata per .d.Gregorium.

5 Idem legista eximius, indocte taxat, Iurisperitos pudere sine legibus loqui.

6 Nec intellexit, quomodo iuris practica obseruat in quadruplicatiōibus statū.

7 Nec didicit, Quomodo exceptio firmat regulam in casibus non exceptis.

8 Idem L.Iulianus. ff.de confes.peruerse citat.

9 Qui c.pia de exceptio. li.vj. pueriliter glossans, nō aduertit exceptionem falsi procuratoris, inter anormalas computari.

Reliqua ad finem sui Hellebori, cetior leberide, repetit & refricat quę per d. Gregorium sunt diffusius suis locis declarata.

❧ Gregorius Shamotulinus Archidiaconus Posnañ: Valentino Passerino, Artium & Theologiæ professori eximio,

S, D,

PAVCI ADMODVM DIes sunt, Magister venerãde, q̄ amicus noster cõmunis, cuiusdã Christophori Hendorfimi libellũ (quem iste Helleborũ mihi paratũ nominat) ad me transmisit, quem cũ primũ legere cepi illico ex fronte perspexi mentem & phrasim Endorfimi veram esse. Totus eñ tumet, totus iacet, attollit, se per singula, & quasi debilitatus coluber in ipso conatu frangitur, vt de eo merito dicas. Parturiunt mõtes, nascetur ridiculus mus. Totus denicꝫ ille in maledictis, totus in conuitijs, totus in contumelijs more suo versatur, per quod fatetur hostis, se imparem, ac victum esse, dum aduersus Euangelia Epistolas, argumenta, rationes probationesq́ꝫ per me in Anacephaleosi contra se edita, non Euangelio, non Paulo, non argumentis, sed opprobrijs, non rationibus, sed spurcitijs, non apostolorum & orthodoxę

Eccleſię ſcripturis, ſed conuitijs agit & deba-
chatur. At loquat̃ ille Philonicus & iurgio-
ſus victorię amator, qm̃ velit obſcene &
ſpurce, facit quod ſuum eſt, ſui pergit eſſe ſi-
milis, argumentator ineptiſſimus, calumnia-
tor inſignis. Me illius maledicentiam contē-
nere ac damnare, non imitari deceret. Cum
ſciam chriſtianę ſapientię ac modeſtię eſſe,
maledicentibus non maledicere Niſi (teſte
Saluſtio) malus fieret improbior, vbi occur-
rere negligas. Et vulgus eorum quę obici-
untur conſtium ſe fateri, cum exiſtimat, qui
taciturnitate vtitur pr odefenſione. Quoniã
cenſetur quaſi conſcientia ductus, nõ eſſe au-
ſus improbe maledicentię reſpondere. Proin-
de pauliſper ſequar vulgi opinionem. Qui iu-
ſtum putat laceſſitum iniuria parem referre
gratiam, vt vel iſtius nequiſſimi detractoris
inſaniam(Qui ne ſuorum quidem doctorum
ac pręceptorum, in preclaro Lipſenſi Gym-
naſio famę & doctrinę parcere nouit) verbis
ſaltim paucis refrenem: Is & em̃ eſt Endor-
fimus, qui dente genuino in rabiem verſo (vt
fama eſt) primipilum ſe ſciſmatis inter in
genuos Lipſię ciues, clam proferre eſt au-
ſus, totam ferme Lipſiam tumultu inteſtino
turbans. Et niſi ſumma Illuſtriſſimi principis

prudētia huic rei in tēpore pręcauisset. Actū esset de orthodoxorū statu illius verbis pręclarę, sed sceleris dux, tridui latitans, vix tandem fuga euasit, nec hactenus Lipsię agere passus. Nisi forte forenses causę iam e summa desperatione erui nequeunt: quod hic profugus factus est: Quis enim hoc causidico volente fuisset innoxius: Quem criminosum non huius sernasset oratio: Cum cepisset in digitis agere causam, & humeris extēsis Sillogismorum suorum rethia tēdere: Sed abijt, excessit, euasit, Posnaniam dein veniens, sui non oblitus, tam scriptis quam prelectiōibus publicis, eandem sisaniam, ire seminatum tentabat, qua ingenuę polonę iuuētuti, pene iam imposuisset. Nisi sagax amplissimi Episcopi & sui Capituli vigilantia pręuidisset, scripta illius non nihil Lutheranismi occulere. Quę cnm ex officio Archidiaconali detexissem, ex diametroque pugnare cum orthodoxorum patrum interpretatione sachris ostendissem scripturis. Edidi quandam Anacephaleosim errores illius pudendos, palam conuincentem. Cum dum ille respondere conaretur, euulgauit taudem Helleborum, magis impia quam vera spirantem, quo tantum abest, vt errata purgauerit, verum vehementius confirmauit,

Contra hunc itaq; Helleborū, acconita quędam, ac Hipocratis vincula nuperrime fabricaui, vt vel illum morbo phrenetico correptū taliter alligarem, quo capiti suo leso consulere possit. Dumq; hererem, cui hęc vere probo & docto, committerem examinandā, tu primus omnium Magister eruditissime occurristi, vt quem aliquādiu & collegam & testem meorum quondam studiorum habuerim, hac etiā in coucertatione literaria iudicem sustineam. Nec me eorum, qui fumos in aulis venditant vel tantillum mouebit opinio, quid hac in re sentiant, dum te qui in lege domini interdiu, & noctu meditaris subscribētem his ineptijs cognouero. Vale in Christo optimo maximo foelix & faustus.

Valentinus Posnanianus Ecclesiastes, Gregorio Shamotulno Archidiacono Posnañ. S D.

SPIRITVS SANCTVS quē Christus domin⁹ dedit Apostolis, & toti Ecclesię, cōsolatorē & doctorem veritatis locuplete

munere funct⁹ est, per canonicos scriptores, sachra concilia, & sanctos doctores, q eius inspiratione & adflatu scripserũt, diffinierũt, ac declararũt, quę ad Ecclesię edificationem, vtilia fuerunt, oportuna & necessaria, hoc idem nunc quoq; idem sanctissimus Spiritus, facere non desistit in Polonia, quũ per plerosq; eruditos, tum vero peculiariter per tuam Reuerendam paternitatem, vt vere dicere possimus, cum beato Ioanne Apostolo. j. eiusdẽ ij. vnctio docet nos de omnibus. Hęc ideo ingessi, nam oculatus sum testis & auritus, qua diligentia quanto ve studio, vineam domini sabbaoth, tua Reuerẽda dignatio tutatur, & protegit, & eos qui minus recte sapiũt qui ve hęreticos imitantur, ad veram rectãq; semitam atq; etiam ad concordiam reducere conatur, errata illorum tum propalando tum confutando. At obstinacior est talium temeritas, quàm q scriptis, & diffinitionibus sachrarum literarum quibus. t. d. veluti acutissimo telo vtitur, obediãt. Sed quemadmodum Dathan Chore & Abyron, & persepe iudei restiterunt Moysi, deo adhuc pręsentiã suam, terribili fumo in monte Sinay, buccinis, tonitruis, & fulgoribus, attestante. Ita hodie quoq; euenit, attestare quãtumuis proba,

comproba, declara, quàm doctissime velis, hijs qui Ecclesię aduersantur, nihil proderit, cernunt interse dissectas sectas, disgregatas congregationes, adeo, vt vbi decem conuenerint vix duo in suis sententijs concordent, vident tot aduersum se doctissimorum virorum scripta, vident insuper gymnasiorum omnium contra se conclusiones, summorum pontificū atq; Cęsaris, decreta, nil tamen iuuat, deo cecitatem & duritiem in eos permittēte. Nec modo non acquiescunt, sed insuper inuehuntur, et quum aliter non possunt, detractiōibus, ad demulcendas aures suorum, vtuntur. Sed & est aliquid eo amplius, nō modo illi qui procul sunt, molesti nobis sunt, sed & inter nostrates, inuenias nonnullos, veluti vespas Lutheri, quos verissimis doctrinis in nos cōcitamus. Qui pro beneficijs, & gratiarum actionibus, in angulis mordere non desinunt. Id quod mihi quoq; sepiuscule accidit. Nam quàmq; multo plures sunt apud nos qui veritati student, sunt tamen & vipere. Qui nolunt sequi illā beati Pauli doctrinā. 1. Thessa. 5. dicentis. Rogamus vos fratres, vt noueritis eos, qui laborant inter vos' & presunt vobis in domino, & monent vos, vt habeatis illos abundantius in charitate propter opus

illorum, & pacem habere cum eis Verum & si illi hanc doctrinam sequi minime volunt, nihil tuam .d. moueat, conetur errores extirpare, erroneos in viam Christi pro viribus reducere modeste, moresq; deprauatos pro officio suo corrigere. Nostrum est admonere, illorum obtemperare, si non obtemperauerint, ad ipsos solos redibit vltio omnis, nobis merces à deo. Nihil aliud iubemur, quàm apud mensarios deponere peccuniam non terre defodere. Commendo me p. t.

D. Gregorius Shamotulinus cordato lectori S: D,

DESIDERABIS FORte in me Candide lector plusculũ modestię, qua cantilenis hui9 Philonici Naderfinij partius respondeam. At velis, te queso, negotij circumstantias expendere, nempe cõtumelię genus, nulli probo ferendum, emuli improbitatem, qui, quia scripturis vincere desperat, illico confugit ad maledicta. Mei innocentiam ac fiducĩa animi, qui nemini vnq; male volui, nec virtute alienę fortunis ve, inuidebam, literatos

non minus, quam ipsas litteras sedulo cōplectens ex quibus sum, quisquis sum, Proinde dabis veniam oro. Si quicquam petulantię ex lingua prodierit, quod iniurię illatę medeatur. In quo te tacitum lectorem, priusquam iudicem esse cupio, sed iam audi Endorfimi prefationem, qui ante omnia in epistola, quàm nobili Stanislao Brochovvski inscribit, sic loquitur.

Endor:

Gregorius Archidiaconus Posnanieñ:

de meis progymnasmatis, verbula quędam & detruncās & detorquens occasionem, in me vt teterrimum hereticum, scribendi cepit. Idque partim vt suum virus, quod aduersus literas, & earum assertores concepit tandem euomeret partim vt me germanum stipendio meo euerteret, partim vt apud suos gloriam quandam venaretur, & se dignum Archidiaconatu Posnanieñ ostenderet, ac vere esset oculus (sic eñ se appellat, Episcopatus Posnanieñ & infra. Et iam experiri volo, quid tandem responsurus sit stupidus zophista vbi responderit, tum gladiatorio animo aggrediar hominem hactenus ille de preludio suę cantilenę.

Greg:

♣ Nondum Endorfime tuis neruijs respōdi, & iam celum territas comminans mihi scriptorum tuorum gladiatoria fulmina, vt scilicet hoc metu territus, haud hiscere audeam. Sed multo falleris, nā & huic, Vandalo non deest animus, nō deest ingenium ardens, morumqꝫ (deo optimo adiuuante) integritas, qua professionem suam neutiqꝫ, ceu tu prophanauit. Quę omnia tuę ignorantię, tuisqꝫ contumelijs virulentis ad respondendum sufficient. ANTE omnia video ꝙ fames & mora bilem tibi in nasum contiunt, qua fingis causas, meę contra tuas gerras, scriptionis, Suggillasqꝫ frequēs, ꝙ me oculum Episcopi in pręfatiuncula Anacephaleosis, tum editę vocauerim, DISCE TV EGREGIE IVRISTA non meaptim oculum Episcopi appellatum, verum á multis annorum centenis, priusqꝫ tui aui immo tritaui aratrum exercerent, sacros canones, quemuis Archidiaconum, oculū Episcopi vocauisse, vt legit' in c. ad hec de Offi. Archid. Circumlustrātem actus errataqꝫ Ecclesię ac diocesis si quem forte videat vicinū

precipitio, & peccato esse proximum .c. Diaconi Ecclesię. q. 3. dis. vt de tertio in tertium annum Diocesim circumeat, & cuncta quę emendatione indigent, ad vicem sui Episcopi corrigat & emendet, vt dicitur in c. j. de Offi. Archid, cum multis ibidem concor. Vides tu docte iurgista non mihi vsurpatum nomen oculi verum iamdudum á canonibus datum. Animaduerte proinde me ob id in tuas ineptias scripsisse, & nisi resipueris scripturū fore. vt te ipsum, meosq́ Posnañ quorū quosdam fama est tuis virulentis scriptis ac verbis infectos, á precipitio continerem, Christoq́ optimo lucrifacerem. Quando etenim fuit Posnanię tempus seditiosius & confusius: q̃ quo Naderfimus erroribus contaminare, tumultibusq́ ac factionibus, flagrare tentabat, prout omnes hic vere Christiani occinūt Ceterum in malis tolerātem esse virtus est. Hereseos crimen dissimulare impietas est. Hec est precipua causa Archidiaconi cur contra tua in Progymnasmatis glossemata scripserit dein ne ingenua, studiosaq́ ephebia polona sui magistri fumo conspergatur, religioni & regno obfutura.

Endor:

Pręfatur demum Endorfimus ex Paulo multos quippe habere zelum dei, ſed non ſecundum ſcientiam, id quod in Gregorio Archidiacono cernere eſt, qui in libello nuper quodam (hic lector velim intellige Anacephaleoſim per nos editã, loquaci quidem ſed in erudito ſcurrili cõfuſo & deliro in me ſcripto, quem apertis calumnijs impietatibus & inſanijs referſijt, quibus ſe bonis viris deridendum egregie propinat. Et infra quare ſuffuratus à negotijs meis aliquod horas, hũc helleborũ Shamotulano, prorſus inſaniẽti paraui, an forſitan illius inſanię quo quomõ mederi poſſim. GRE. Hec illius Erynnis altera cantilena, ampuloſe annectentis ſui arrogantiam, qua ſe, ceu omniſtius, in, ſuis prelectionibus coram pueris (velut atticus in portu) iamdudum (attollendo criſtas) oſtentare non ceſſat,

At dei optimi maxi: preſidio, nullis vnq̃ probis doctiſq̃ viris, qui peſtilentie cathedram non norunt, ſed in lege domini meditantur nocte dieq̃, me deridendum propinaui vt tu putas Endorſime. Niſi forte his, quos tuis ſodalitio & ſcriptis corru-

pisti, qui in anulo, figuram dei gestañ in aulis fumos venditāt, & quiddam Epicureū prese-ferēñ in conuiuijs & in hortis philozophantur de rebus serijs, interq; crateres & pocula de scripturarum diuinarum apicibus, theologari (ne dicam iocari) summam putant prudentiam, hij quid de doctis probisq; viris diffinire presumant, mea hic dicere, nihil refert.

Porro quia in prefata Anacephaleosi te Arestotelicum Lipseñ: dixerim, illud te male habet, vnde id exaggerā ꝯ do: putas dictum in preclare Lipseñ: contemptum Achademie, ob id excādescens minaris dicēs. ENDOR Crede mihi (inquis) isti⁹ tue calūnie si vixero, aliquādo te penitebit. Nā omnes bonos & doctos viros quos celeberrima Lipseñ Achademia alit, in te si qd, mea auctoritate potero ꝓuocabo, vt te suis iābis ad laqueū adigāt hacten⁹ tu crucifer.

Greg:

Nō dubitaui nec vnq̄ dubitabo: insulse naderfime in famigerato Lipseñ: Museo, fuisse, esse, & futuros fore p̄claros viros, doctores & magistros non minus eruditio-

eruditione q̃ vitę sanctimonia insignes, quorũ scriptis sepe sum meo in studio releuatus, & oblectatus, studiososq́ quotquot Lipsia ad Cracouianum Gymnasium mittebat, per humane sum complexus, ad fascesq́ & stemmata, quoad fieri potuit, semper promoui. Proinde, nec tu, nec quisq́ suspicetur de alijs q̃ de te eruditissimo Lipsico Arestotele (qui cum mihi negotij est) dictum: qui qualis sis Aristoteles, mox tua larua detracta, in sequẽtibus ostendam. Quid enim commune, celeberrime Lipseñ: Achademie, cum profugo: quid sancte ciuium vnitati cũ factioso: & antesignano scismatis: quem vulgus etiam in foro holitorio inde proscriptum ebuccinat: Quid probis & doctis, cum sycophanta: omnium calumniatore: quid legum cultoribus cum legirupa: quid deniq́ religioso sodalitio: cum apostata: talis certe conuentio lucis ad tenebras, & communicatio Christi ad Belial.

Nũc te sincere lector

compellare ad tria permite: Primum vt Anacephaleosim per nos editam ex Museo à nobis prodijsse agnoscas: die duodecima Maij Anno trãsacto 1535. qnàm mox Posn: publice prelegimus, Endorfino tum pręsente.

Huius vero Galeni Helleborum Anno prę- senti 1536 esse euulgatum vt videre facile est ex vtriusq; libelli calcographia. Et exinde clarius sole, dignosce, num iste ardelio verum dicat se scilicet suffuratum à negotijs aliquot horas ad parandum hunc Helleborum, cum ille ante decem menses contra meas tum pre lectiones, corā suis coridonibus quibus tum (obtentu cōmeatu & literis pacis, quas salui conductus vocant) stipabatur meticulosus, nonnulla agganire (extra chorum saltando) tentabat DEINDE attentum te esse ve- lim quo anteq; sine tedio animi tui equam feras sententiam, habere velis quatuor ob o- culos nempe ꝓgymnasmata Endorfimi, me- am Anacephaleosim illius item Helleborum & postremo hęc hipocratis vincula, per me Naderfimo fabricata. Ita etenim neuter no- strum poterit tuę naris emunctę iuditiū sub- terfugere RELIQVVM expende Na- derfimum qui non tam fumum, q̄ supra olē- tem fimum, suflare minatur. Meam scilicet (vt ipse loquitur) insaniam traducere. AT QVID OBFVIT PETRO aposto- lorum principi, quod eum Simon magus tra- ducebat: act. viij. Quid Paulo, quem ęlimias magus, vijs domini resistens insectatus est:

act.xiij. Quid simoni & iude apostolis, quos Zaroe & arphaxat traducere ausi sunt: Quid Hieronymo (vt de alijs preclaris taceam) cp cum Ruffinus superciliose traducere nixus est: Nihil prorsum quia virtus dedecus nescit contumeliam pati ignorat, sic quippe natura comparatum est, vt eximia virtus non proferat splendorem suũ nisi malis exercita. Vnde (vt maximis parua comparem) nil moror traduci scripta mea, cum naderfimianis per manus & ora non solum eorũ qui emunctiori nare iuditium ferant, vtrobi virtus & veritas splendeant, sed & eorum qui frusto panis conducti non tam optimos quosq; q̃ ipsum etiam Iouem delaudare facile nõrunt, sed satis huius preludij.

Iam demum principale

negotium discutiendum accedamus dũ Endorfimus in suo Helleboro folio B. iij. sic loquitur. ENDOR à me erratum arbitratur Shamotulanus, cp quando Arestoteles animam Entelechiam dixit, eum animam interrituram credidisse scripserim. Hic ne quis erret, nam Shamotulanum non satis assequi video Entelechia apud Arestotelẽ, aliud est nihil q̃ perfecti corporis comprehensio, & re

liqua quę illic (non penitus à ratione phisica aliena) ipse disserit Addens ꝙ quę Cicero in prima Tusculana de animo humano scribit, doctis multis non cõsentaneum videtur, cum Entelechia aristotelis. Nam Aristoteles Entelechiam pro anima & forma, non pro mẽte & animo vsurpauit. Quare illa omnia quę à Gregorio Shamotulano ex Arestotele de animę immortalitate producũtur, non de Entelechia sed mente & intellectu actipi debent, Loquor autem de intellectu agente, qui ab intellectu potentię discrepat, vt ars à materia, ac intellectum agentem, impatibilem, & immortalẽ esse Philosophus affirmat, animam vero mortalem: hactenus ille.

GREG.

Priusq̃ tibi Endorfime gręculum esse contigit iam Gregorius ex Philosopho fuit assecutus, quid nam sit Entelechia: Quippe Aristoteles animam appellauit Enthelechiã hoc est formam seu actum substantialem corporis organici phizici &c. Nec mea nunc refert: in quo Cicero in Tusculanis & Aristoteles in libro de anima ij. dissẽtiãt. Quia id plane satis ac diffuse Politianꝰ in capite suorũ Miscellaneorũ primo pertractauit.

At mihi tecum grandis Philozophe disputatio est nam (ex quo anima sit Entelechia nõ solum hominum sed & stirpium & corporum vegetabilium etiã secundum te, & Aristoteles finitionem animę posuit in genere, quę tam animę vegetatiuę sensitiuę, q̃ intellectiuę competat) te interrogo. Num aliam putas animam intellectiuam esse, quę est Entelechia corporis, ipsum informans, & aliam quę est mens & intellectus agens: aut esse vnicam & eandem: Si dixeris eandem esse prout te necesse est, etiam ex sola Philozophia confiteri, eo q̄ intellect⁹ agens est potentia radicata in essentia animę intellectiuę. Et quia intellectus agens est impatibilis & immortalis, etiam secundum te, ergo & ipsa anima intellectiua inquantum est Entelechia corporis, est immortalis, eo q̄ nulla ratio naturaliter capit, potentiã animę esse immortalem & essentiam anime mortalem. Nunq̃ & enim potentia est permanẽtior sua essentia. Si vero dixeris, q̄ sit alia anima intellectiua vt informans corpus, & alia vt mens seu intellectus agens. Caue duas animas rationales in homine asserere. Et iterum ne incidas in sententiam concilij generalis, dicentis,

Quisquis asserere pertinaciter presumpserit, q̃ anima intellectiua, non sit forma corporis humani, tanq̃ hereticus est censendus. En vides, q̃ anima intellectiua, est Entelechia & forma substantialis, & hęc eadem continet mentem seu intelllectum agentem, ergo vtraq̃ ratione est immortalis. Et per cõsequens tua ratiotinatio de Entelechia supra habita, te de hoc dilematę non extricat. Quod nisi tu luculenti⁹ dissolueris, te omnium zophistarum zophisticissimum esse, omnibus vere doctis prodes.

Endor:

Qui ad secundum accedens vbi de diuina prouidẽtia loqueris folio B.iiij.sic dicis. Nam quomõ per Christum Shamotulanus ex his v̇bis meis (qm̃q̃ sunt qui cum Aristoteli tum Platoni mira de prouidentia dei perspecta esse iactitant, sed hij qui hęc libenter predicant fere ex eorũ albo sunt, qui philosophiã basim esse blaterant) Quomodo inq̃ ex his verbis meis, etiam si ea extreme depraũentur, torqueantur adulterent̃, colligi poterit, me diuinam prouidentiam negare, hęc tua sunt in Helleboro.

AGNOSCE LECTOR huius zo-

phistę cauillum, qui (vt muscipula qua captus est, elabi possit) nunc in helleboro suo: folio B.4. fa. ij. aliter verba ponit, nempe in datiuo casu dicens, quàmq̄ʒ sunt, qui cū Aristoteli tum Platoni mira de prouidentia dei perspecta esse iactitant &c. Cum aliter ea posuerit in progymnasmatis folio B. 6. quippe in casu ablatiuo sic quámq̄ʒ sunt, qui cū Aristotele tū Platone mira de ꝓuidentia dei &c. EN lustiosus hic annectit, tam Aristoteli tam Platoni alios, qui cum eis de prouidentia dei ęque senciant. Hinc est ꝙ hic versipellis addit. Quomodo ex his verbis meis etiamsi extreme deprauētur &c. QVIS ENDORsime tua verba deprauauit? apperi strabos tuos, & reuolue centena tuorū progymnasmatum volumina, à quinquennio vt solus fateris per te edita, & agnosces in folio B.vj. te illic posuisse in casu ablatiuo, quod nunc in Helleboro ponis in casu datiuo, quę si ita (vt est, optime lector compereris, iam Endorsimū de calumnia & mendatio conuictum puta. Verum quia ipse hic expresse fatetur se de diuina prouidentia dubitasse nunq̄ʒ, ego id perlubens pro lucello confessato (vt iurisperiti dicunt) acćepto. Et illum in meta redargutionis (qua prenegata concedit) deprehensum

cuiuis recte scripta sua reuoluenti, indico & ostendo.

Cęterum quia gloriosus miles iste iactat se hic cōtiones diui Crisostomi de diuina prouidentia latinitate donasse non satis quidem fœliciter prout ipsemet fatetur. RECTE tu quidem Endorfime fateris non satis fœliciter te vertisse. Nam hij qui grecanismum penitus te sapiunt, aiunt te Chrisostomi sentētias non esse assequutum, vt plerumq; vbi ille de pisis vel cepis (quod aiunt) intellexit, tu de millio & hallijs vertisti, prout & in alijs tuis annotationibus scilicet super Iohānem super Marcum reliquisq; scriptis innumeris & ꝓdigiosis scates erroribus, iamdudū notatis, ob quod in Metropolitica vrbę Polonię vulcano traditi, suum illic cineres manent auctorē. Subinde tibi nō doleat Gregorium Archidiaconatu insignitū, vel Anacephaleosim preclaris armis Reuerendissimi domini Episcopi insignitam. Nimirum quia illic nil preterq; Euangelica, apostolica, & orthodoxorum sachra dogmata, cōtra tuos errat⁹ fideliter ꝓducunt & legittime applicant. De reliqs quę hic cornicaris, dicēs libellum insulsum &c. lectoris iuditium esto.

Sed tandē videamus

Endorfimum qui in folio B v. negat prorſum e philozophię ſtudijs fundamenta Theologię eſſe petenda, agens id multis perſuaſionibus per tria folia conglobatis, tanta vſus battologia vt nec ſua nec mea ſcripta, eum intelligere in confeſſo eſt, verum quia in folio B viij. faci. ij. ita concludens. ENDOR hunc (inquit) locum copioſe tractaui. Nam non ignoro multos & quidē magni nominis viros in hac opinione herere, ꝗ philoſophia ſit fundamentū Theologię & religiōis Chriſtianę ſed opinio eſt erronea & peſtilens hec ille.

Grego:

Non eſt erronea niſi

tibi effrons Endorfime toto, vt aiunt, celo erranti qui tumidus & peruicax non vis aut nequis illius opinionis verba perpendere. Nemo quippe Theologorum eſt qui dicat ex fundamentis Philoſophię, poſſe demonſtrari articulos fidei, vt tu pretendis in tua battologia. Si quidē alia eſt cognitio per demōſtrationem propter quid. Alia cognitio per fidem. At dum illi dicunt philoſophiam eſſe

basim Thdologię, intelligũt philozophiã esse sustentamentum seu mauis dicere fundamẽtum ratiocinationis humanę, quę (quasi per demonstrationẽ quia est quę fit per effectus) manducit in cognitionẽ dei, quia ille est, quia creator quia redemptor, quia premiator &c. Et hanc noticiam philosophicam dicunt sustentare Theologiam in nobis, non Theologiam in se, quę verba si nondum es assecutus, vide nostram Anacephaleosim & illic assequeris. Nam & tu si non es prorsum saxo stupidior idem cũ eisdem doctis Theologis sentire te probas dum dicis fo. B. viij. fa. j. sic. ENDOR. Nam illa cognitio dei quàm philosophis tributam esse diuus Paulus scribit, communis est omnibus hominibus, quibus natura cognitio quędã dei insita est, hęc sunt tua. GREGO. Si igitur inseuit natura omnibus hominibus cognitionem dei, vt tu etiam fateris. Et quia Philosophia est noticia veritatis de rebus natura constantibus, igitur hij qui Philosophię pręceptis & dogmatis (vltra id quod habent natura insitum) sunt, imbuti, facilius perducuntur ad Theologiam in nobis, non solum ꝙ deus sit in genere, sed etiam ꝙ creator & resuscitator, & sic de alijs. Quod & Paulus 1. Cor. xv, loquens ad eos q

de resurrectione ambigebāt: probat sic dicēs. Sed dicet aliquis, quomodo resurgēt mortui? quali autem corpore venient? Insipiens tu quod seminas non viuificatur nisi prius moriatur. Et quid seminas? non corpus quod futurum est seminas: sed nudum granum tritici aut alicuius ceterorum, deus autē illi dat corpus, sicut vult, & vnicuiq; seminum propriū corpus, hęc Paulus optimus Philosophorum philosophatur de Theologia in nobis, super articulo resurrectionis, quasi per demonstrationem à posteriori, quę tu sciole ignorasti.

Putat demū iste egregius Theologus se magna calumnia premi dū illius verba in progymnasmatis scripta fol. c.ij. repeto, quę sic habent. ENDOR. Sed qd trepido? Christus qui per beatum apostolum Petrum, omne hominum genus virtutes suas depredicare iussit, me ex omni hominum genere vnum, Euangelium in quo verę virtutes eius predicantur, laudibus vehentem, nō moleste tolerabit, hęc ille. Deinde in Helleboro sic scribit. Quę verba non eo animo dixi, q putem quibuslibet sine ordine licere in Ecclesia docere. Nam non ignoro q Paulus vult in Ecclesia omnia ordine fieri & do-

cere, sed ꝙ cuilibet Christiano, liceat anunctiare seu depredicare virtutes dei, hoc est potentiam dei, ꝙ scilicet deus pater per Christum liberauit eum à peccato, diabolo, morte inferno &c. Subinferens ꝙ ille verbum predicare vsurparit simpliciter pro invulgare & aperte dicere. Non predicare, id est in Ecclesia docere, prout Gregorius indoctus putat hec sunt sua.

Greg.

Mihi quidē satis esset factum in hoc articulo cum Endorfimus se declarat, quo animo illa verba protulerit nempe licere cuilibet Christiano, anunctiare virtutes dei vbi occasio obtigerit &c. VERVM TE LECTOR queso, expende num hec sua declaratio vel vt ita dicā modificatio stet cum verbis suis. Nam ille in progymnasmate sic loquit̃, Christus me ex omni hominum genere vnum Euangelium laudibus vehentem non moleste tolerabit, vbi etiam pauloante pręmisit, dicens. Etenim laudibus apud vos vecturussum Euangeliū Christi. En loquitur de Euangelio laudibus euehendo, non de virtutibus, quas quisq; in

se à deo experitur. CETERVM Endorfime tibi sapiens, putas me verbulum predicare duntaxat in Ecclesia docere, intelligere. At ego Ecclesiam non muros, non structuram templi duntaxat intelligo, sed cetum Christianorum sub vno capite Christo vna fide vno baptismate & communione sachramentorum vnitum. In quo non cuiuis Christiano licet docere. Nam apostolus j. Cor. xiiij. Mulieres (inquit) in Ecclesijs taceant, non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse viro. Turpe est eñ mulieri loqui in Ecclesia hęc Paulus. Nisi forte tu negabis mulieres esse ex genere hominũ, sed tum cascus tibi caue à tua casca. Q; vero addis non sine risu magno legere, ꝙ ipse sim confessus ignorasse locum Petri in quo tu reris fundare intentionem tuã RIDEAS TV quantum libet risu Megarico quo parum tẽpestiue iocaris, me meã confiteri memorię labilitatem nunꝗ pudefiet cum nemo me esse hominem ignoret. TV VERO qui tibi scripturarum noticiam impudenter arrogas, pro tuo arbitratu faciens cereum ex eis nasum, admodum lesbię regulę, audes imponere studiose iuuentuti, citando apostoli Petri dictum, quod ille secus intellexit. Petrus etenim in prima Ca-

nonica capite secundo sic loquitur. Vos autẽ genus electum regale sacerdotium gens sancta populus acquisitionis, vt virtutes anunцietis eius qui de tenebris vos vocauit hęc sunt verba Petri. Tu vero impudens veterator, ea detorques ad Euangelium Christi per quemuis ex genere hominum predicandum, sed vt alias scripturas ita pro libitu apostolicas detorques ridicule admodum cerei, vt pretuli, nasi.

Endor:

Sed audiamus quid

hic addit naderfim⁹ in Helleboro fo.c1.fa.ij. Ne autem (inquiens) quid malignitati eius desit, & vt me extreme odiosum reddat, mẽ subinde cum Luthero coniungit, & me ab illius doctrina stare probat, hoc vero Shamotulanus sciat, ꝙ non illubenter mecum Luthero coniungi patior, in eo genere doctrinarum quod sachris scripturis consentaneũ est hęc sunt tua Endorfimę. GREGO. Quid vero tu candide lector putas hic alios desiderari testes, cum iste (subere leuior) Stans quidem in vno, vt aiunt, pede, nunc mihi dat vitio ꝙ cum Luthero & illius doctrine con-

iunxerim ac esse talem probauerim, nūc tandem illico & libere palam fatetur se coniungi Luthero in eo genere doctrinarum, quod sachris scripturis est consentaneum. Nunc certe heretici capitose Endorfime sachris scripturis se reddunt consentaneos, eo ꝙ proprio spiritu: scripturas interpretari conantur, quo moliuntur ex eis sensum à multis Orthodoxorum patrum sententijs alienum, non tam elicere ꝙ eruere. Proinde interpretationi in Ecclesia receptissime resistunt, quę quidem Ecclesia est firmamentum & columna veritatis j. Thimo. iij. Quam spiritus sanctus in ea perpetuo manens (ante te & Lutherum natos) docet ac regit Iohan. xvj. SED AD TE MIHI NVNC EST SERMO O insignis Francphordia semper à Lutheri dogmatibus immunis & libera. Num hunc tam insignem fautorem & defensorem doctrinarū Lutheri palam suo impudenti ore se prodentem: diutius in tui gremio fouebis? Nōne tibi meridiana constat luce clarius, ꝙ damnato auctore, damnantur & illius scripturę, librique & opera, etiāsi quicꝗ boni contineant, vt dicitur & notatur in c. fraternitatis de heret. Credeñ preterea receptatores, defensores, & fautores hereticorum vtroꝗ iure, tam Canonico quam

ciuili damnantur tanq̃ infames, nec ad publica officia, consilia, electiões, testamẽta testimonia & successiões admittũtur, vt legitur in c. excõmu⁹. § credeñ. de hęret. & in authen. Credentes C. eo ti. Quis vero Orthodoxorũ ignorat, Lutherum cum suis fautoribus iamdudum per viccarium Iesu Christi, & sedem apostolicam publicitus condẽnatum? Quamdudum Reuereñ. pontifex, (in cuius diocesi hęc bellua, agrum stulticię depasta latitat) hunc tam egregium dogmatis lutherani fautorem & publicum defensorẽ in tuo grege tolerabis. Quamdudũ o insignis Francfordiana achademia, hęreticorum dogmata per probos doctosq̃ viros solita impugnare, hunc infamẽ & de se confessum, ad publica pręlectionũ officia admitti pacieris? Caue serò expergiscaris queso, ne id premij ab eo tandem fueris nacta quale (vt in prouerbio est) mus in pera, serpens in gremio, & ignis in sinu, suis consueuerunt hospitibus reddere. MENECPVdet, nec vnq̃ pudefiam ad id negotij post festum (vt ludit Endorfimus) venire vel aliorum mazas ab alijs pistas repinsere. Quisqs enim meę Anacephaleosis prefaciunculam, vel obiter, legerit, fatebitur me, restatum, non nouis nec meis telis, in hanc arenam pugnatũ descen-

descendere, sed aliorum argumentis veluti filo Thesei: id labyrinthi explicasse prout in calce eiusdem libelli notaui. Quid enim sub sole nouū? aut quis valet dicere ecce hoc recens est: iam enim precessit in seculis, quę fuerunt ante nos. Et quid est quod factum est? ipsum qd' faciendum est, ait Salomō Ecclesiastes capite primo. Nisi forsan Endorfimus, scripta sua non aliunde, ꝙ ex sui cerebri moti craneo nouissime nata ostentet. RELIQVVM habeo pro comperto Endorfime, nenias Lutheranas & suorum assectarū, ab optimis & doctissimis, Italię Galliarum, Anglię, Germanię, & aliarum id genus prouinciarum viris iamdudum & minus ꝙ satis, euidenter confutatas, fateorꝙ me ad has, post eorum festa venire, nec vnꝙ cogitasse, scripturis in hanc palestram militaturum descendere: siquidem malui huius Tragedię à viginti ferme annis, euulgate, humilis spectator fieri, ꝙ frigidam quo quomō (quod aiunt) suffundere. Verum iam annus labitur tertius posteaꝙ me Posnaniā. venientem, tu vix solo nomine tum mihi notus, impudenter coram Reuerēdissimo domino Episcopo & prelatis in hoc certamen veluti Dares Entellum palam prouocare es ausus, multa toto illo tempore dis-

simulantem. Vbi multorum sermone accepi te in Museo Posnan̄ Lutheri mazas nō modo repinsere, sed & penitus innouare contra phas & Ius regni, Quę non modo Ephebię Polonę pestem, sed toti diocesi toxicum perhenne essent allaturę. Proinde polonus ad tā inopinatum festum insperate veniens, pollētas per te cum labruscis repinsas, insolēs pinsor zucaro temperare studui, vt vel sic insignis Posnania, sentiat tandem, quibus tua labra vescuntur lactucis.

Sed audiamus apertiorem huius Chilonis insaniam Posteaq̄ etenim, eum in suis Progymnasmatis fo. f. j. in fine iudicaui scripsisse sic. Nulla condemnatio his qui sunt in Christo Iesu. Illico addidi, non iudicat Endorfimus locum Pauli, vnde dictū hoc desumpserit, vnde puto aliter Paulum sensisse tamen si absolute illud Endorfimus suę intelligendum tradit iuuentuti, est falsissimum, hęc sunt verba mea. Ex quibus, ipse chilo intemperijs actus, putat me ore sacrilego, non solum Paulum sed & Spiritum sanctum blassemasse, & ob id iterū sibi dicit dolere Reueren̄ dominum Episcopum me Archidiaconatu prouidisse, TVO IVDITIO

lector optime subitio, num iste furiosus recte eructet contra me blassemias? Paulus si quidē ad Roma: septimo capite tractans de lege fomitis, concludit in fine dicēs. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis hui⁹? Gratia dei per Iesum Christum dominū nostrum. Igitur ego ipse mente seruio legi dei, carne autem legi peccati. Et mox infert capite octauo dicens. Nil ergo damnationis est ijs q sunt in Christo Iesu (& cōtinēter subsequit̄) qui non secundum carnem ambulant lex em̄ spiritus vitę in Christo Iesu liberauit me á lege peccati, hęc Paulus. Expende lector, nū vera Endorsimo obiecerim, nempe si absolute illud dictum Pauli Endorsimus intelligendū tradit iuuentuti, est falsissimū, nō in Paulo intellexi, sed in Endorsimo mutilāte & detruncante. Nam Endorsim⁹ absolute illud dictum posuit mancū, &, vt ita dicam, sine grano salis, inscite aut malitiose ommittendo v̄ba sequentia .s. qui non secundum carnē ambulāt quę optimo sale sapientię cōdiuit Paulus. Vnde nemo orthodoxus hāc Pauli integrā sententiā: dicet falsam, videlicet nihil nūc condē natiōis hijs q sunt in Christo Iesu, q nō secundum carnem ambulant. En vides Endorsime, te tuę iuuentuti dictum Pauli abso-

lutum & falsum allegasse, non in Paulo falsum, sed in te, quia per te detruncatum & mutilatum: ob id forte, ꝙ eos qui secundum opera carnis ambulant, non credis condemnādos modo sint in fide Christi, cui tu omnia tribuis At toto erras celo nam & idem Paulus ij Thimo. ij. In domo (inquit) magna non solū sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia: illa ad honorem ista ad contumeliam. En apostolus in domo fidei Christi magna dicit fictilia vasa reperiri ad contumeliam, & proinde condemnanda. De quibus & ipsemet Christus Math. vij. loquitur. Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum celorum &c. At qui illi sunt qui Christo dicunt dn̄e domine: nisi Christiani qui in Christo sunt, & tamen Christus (veritas neminem fallens) dicit eos nō intraturos regnū celorum, & perconsequens condemnandos. Tu itaq; cessa in cœlum expuere ne in tuum ipsius caput heę confictę blasfemiæ recidant. Nec est ꝙ mihi Archidiaconatum iterum inuideas ne id in te congruat, canis pręsepi inhians, qui cum ipse hordeum non edat, ceteris tamen vesci inuidet. Nisi forte lectori risum sardonium mouere velis, qui inter nos diffiniat, num mihi sit multo facilius, renunctian-

do archidiaconatui, amenam reuisere Craco-
uiam, an tibi casco relicta casca religionem
primam repedare, sed de hoc satis.

Excusat deinde En-

dorfimus sese de templis & forma absolutio-
nis, Nam folio c.ij. ita loquitur. ENDOR
Pater noster qui es in celis. In quodã (inquit)
dyalogo interpretor in celis. i. in omnibus
locis, allego hic Paulum, qui viros in omni
loco orare vult, q̃ deus omnibus locis assit,
hinc Shamotulanus calumniandi capitulum
ingreditur. Ergo Endorfimus inquiens, tacite
templa ad orandum non esse necessaria immo
diruéda &c. Hęc sunt illius v̾ba hic. GREG.
NON EST NOVVM ENDORFIME
ijs qui negotium penitius rimantur, ex con-
textu verborum elicere quid Spiritus loquẽ-
tis aut scribentis sentiat. Cum itaq; tu spiritu
tuo hanc orationis dominicæ particulam, qui
es in celis ita interpreteris, id est, qui in omni-
bus locis es cõtra interpretationem ab ortho-
doxis in Ecclesia receptissimam addẽs deum
in omni loco, preces suorum excipere. Non-
ne exinde recta cõsecutione elicitur loca spe-
cialia templorum ad preces exaudiendas mi-
nime esse necessaria: Et potissimum cum tu

in sequentibus das occasionem id eliciendi. Sic enim in Progymnasmate vij. in folio G. vj. scripsisti ENDOR: Credo (ingens) sanctiam Ecclesiam Catholicam sanctorum cōmunionem, quod aliud est nihil ꝙ certissi~m, esse cętum quendam hominum Christianorũ, qui sanctorum communio vel sodalitas appellatur, qui cętus hominum sanctus est, ꝙ spiritu sancto regitur, gubernať, &c. GREG Hęc sunt tua verba Ex quibus quis ambigit eliciendum, Ecclesiam sanctam, duntaxat esse communionem sanctorum id est solorũ bonorum, & inuisibilē, vt pote quę spiritu sancto regitur inuisibiliter, de qua tu (thesaurus malorum) apertius & diffusius admirāda dicere ausus es in lectione tua ridicula dum me hunc articulum publice prelegente, tua sensa ostentare audebas, de quibus quia hic nihil mentionis affers, nec ego afferam, At quasi nunc Palinodiam canens, confiteris palam, templa esse ad orandũ opportuna, Ecclesiāqꝫ esse societatem, tam bonorum ꝙ malorum, nihil moror tecum per omnia in hijs conuenire. Eamqꝫ tui animi declarationem plane confessatam iure accepto.

Verũ erumpit aliud

ex tuis scriptis vlcus per te immedicabile, nẽpe de forma absolutionis, sic enim in Helleboro fo.c. iiij.fa.ij.dicis. ENDOR Deinde quia dixi credenti verbis absolutionis peccata remitti. Hic me Shamotulanus cœlo terram, & terram cœlo miscuisse putat, & exclamat. Ecce soli fidei omnia tribuit. Et infra, mea (inquit) verba sic habent. Ita vt frater Christianus, alterius peccata, etiam per verbum Christi, & datam absolutionem ligare queat. GREG. Hæc sunt tua in Helleboro Endorsime num putas omnes lectores esse ita vt tu es lustiosos? sentis ne, quid hic loqueris? nam concedis formam absolutionis esse necessariã perinde atq; christianismus credit & firmiter tenet, at hæc tua in Helleboro verba ex dyametro pugnant, cum hijs quæ in progymnasmatis effutiuisti. Nã in Progymnasmate vij. G.vij. sic scripsisti. ENDOR. Ita scilicet vt frater Christianus alterius peccata, etiam per verbum Christi & non datam absolutionem ligare queat, hæc sunt tua, negare quamlibet sis perfrictæ frontis ea non potes. GREG. Vides igitur me & in hoc articulo (quemadmodum & in alijs) neutiq; te calumniatum esse, sed tua scripta cum Ecclesiæ præceptis pugnare, ostendisse. ENDOR. Q; vero hic

addis. Ridiculum (inquiēs) ēst quod Shamotulanus cupit ex Luthero & me scire, an si Psitacus, verba, absolutionis proferre didicisset, & peccator quispiam illis auditis fidem habeat. Num quoque à peccatis liber esset? Et respondes, non psitacis non lapidibus Shamotulane inepte & furiose est data potestas clauium, sed vt tu ipse fateris Ecclesię & hominibus hęc suut tua verba GREG. EN LECTOR VIDE PRIMO VErum esse id quod dici solet, ę cantu dignoscit avis & qualis vir talis oratio: hic se ipsum gyrgatum spirare prodit, quia cum scripturis & ratione vincere nescit, ad conuitia pergit. Et item illud Philosophi. Concesso vno absurdo & inconuenienti necesse est plura concedere absurda & inconuenientia. Endorfimus autē (quasi iungens vulpes) concessit duo absurda & incōueniētia, nempe per hęc verba. Ita vt illi qui credit fratri Christiano remittenti peccata, remissa sunt in celis etiā. Ita quod frater Christianus alterius peccata etiam per verbū Christi & non datam absolutionē ligare queat, hęc sunt illius verba in Progymnasmate vij fo. G vij. Nonne ex his verbis aperto constat, fratrem Christianum etiam sine sachris ordinibus alterius fratris posse ligare peccata,

dummō credat fratri remittenti, non datę ab-
ſolutioni, ſed verbo Chriſti, videlicet. Quod-
cumq; ſolueris ſuper terram &c. Nonne & itē
ex hinc conſtat Endorfimum nihil auctorita-
tis tribuere miniſtro Eccleſię abſoluenti &
forme abſolutionis, ſed ſoli fidei, quia dicit q̄
credit fratri Chriſtiano remittenti peccata re-
miſſa ſunt. Ex his itaq; duobus hęreticis ab-
ſurdis, ſequuntur plura, quæ tunc contra illū
ſcribendo intuli, Nam percontatus ſum eum,
his verbis, quid ſi ipſe peccator ſonora voce
(ita vt à ſeipſo poſſit audiri) pronūctiaret ea-
dem in ſeipſo verba, quibus & fidem adhibe-
tet. Num eundem putaret Endorfimus eſſe
abſolutum? Et quid ſi pſitacus vel alia auis
eſſet docta hęc verba proloqui, & peccator
quiſpiam his auditis crederet, num identidem
eſſet abſolutus? Et quid ſi cuipiam lapidi vel
tabule eadē ꝟba eſſent inſculpta, nunqd pec-
cator his lectis fidē adhibēs illico foret abſolu-
tꝰ? Si dixerit q̄ ſic. Quid abſurdiꝰ dici poteſt,
q̄ꝫ vt penitens ſe ipſum abſoluat, aut pſitacus
aut lapis aut tabula. Si negauerit ab horū q̄li-
bet abſolutionē poſſe impēdi, iā n conſtabit,
præter fidem fratris penitētis, etiam officium
ſacerdotis & formā abſolutionis eſſe neceſ-
ſariam. Hæc fuere & ſunt per me ſcripta-

Ad quę hic Endorfinus respondet dicēs. Nō psitacis nec lapidibus esse datam clauium potestatem, sed Ecclesię. FATEOR ENdorfime potestatem ligandi & soluendi esse datam Ecclesię & illius ministris, at tu totam vim fidei tribuis nihil auctoritatis & formæ absolutionis attribuendo(eo ꝙ dicis, vt illi q credit fratri Christiano remittenti peccata remissa sunt in celis, Ita ꝙ frater Christianus alterius peccata etiam per verbum Christi, & non datam absolutionem ligare queat) merito posita fuit illa per contario de psitaco & tabula contra te, vt is qui secundum te credit audiat, legat, vel pronūctiet, illa verba. Quęcunq; solueris super terrā (nā formā absolutionis tu illic apte penitus negasti) num per te sit taliter absolutus. Iam ne agnoscis Endorfime, saniori puto spiritu, me recte illa inconuenientia & absurda contra te erronem subintulisse. Hic tibi quid aliud imprecer, nisi meliorem mentē, vt qui precōcessa iam negas in alijs etiam per te erratis similem palinodiā canere minime te pudeat. QVOD VERO hic relinquis per me probanda quę dixi contra te, de fide formata, gratia & contritione, fateriſq; te in literis sachris & maxime in Pauli Epistolis, nullius alterius fidei, ꝙ̄ Christi mē-

tionem fieri addens hęc verba. ENDOR EST VERO FIDES CHRISTI, cum credo per Christum Peccata mihi remitti, & non imputari, de hac fide sola scio, nec de alia prorsus scire volo. Tu Shamotnlane (inquis) fidem tibi elige, quam voles, vel formatam vel materiatam, nil mea refert. Hęc sunt tua. GREG. Hic mihi videris plusquam tragice loq & ampullose, eandemque formam per omnia cribrare. Nam scripturarum auctoritate ostēdi tibi (ni fallor) esse fidem informem, & fidem formatam ostendi contritionem, ad remittendum peccata esse necessariam, quàm gratia pręexigit, ex potestate dei ordinata. Vnde hic amplius de hoc superuacaneū puto, tibi canere surdo, q eādē cerā ex fauis Lutheri colligis, qd' lectori minime stupido ipsique domino Episcopo & Achademię Francfordieñ relinquo discutiendū quid de te sentiant.

Excusare item te niteris Endorsime quod in dyalogo de primis tribus dei præceptis folio B. ij. Concionatores, tuis scriptis reprehendere fueris ausus. Nec Thomę aquinati Scotho & Remigio parcens &c. ENDOR. Eo quod (inqs) paucos quosdam, maledicos & ineptos reprehendo, ideo à

me omnes concionatores reprehendi putat Shamotulanus, qui nō valide secundū Dyalecticam Petri Hispani mecum agere intelligit.· GREG. Primum te sciolum sachrarū literarum interrogo. Nunquid Cham filius Noe, omnes patres irrisit. Certe vnicum duntaxat, & tamen maledictione est damnatus, etiam in suo filio Noe quippe ex pergefactus dixit. Maledictus puer Canaan, seruus seruorum erit fratribus suis Gene.ix.c. Et tu cum fieri debeas Ecclesię filius, cuius patres sunt concionatores, caue tū tuis liberis simili maledictione percelli, etiam si vni maledicas. Et scias ꝙ sicut in materia naturali, ita & in materia morali propositio indeffinita vniuersali equipollet, iuxta Dyalecticam Petri Hispani, quàm tu mucosis naribus indocte rides, Verbi causa Patrem deus precepit honorare, igitur quemuis patrem. Item maledictus filius q̄ patri maledixerit ergo omnis filius &c̄. Ceterum sint quidam concionatores vel indocti, vel ingrati, num tui officij putas, eos inter tuos ephebos traducere ridicule graui pena ob id plectendos? Nunquid te latet quid acciderit pueris, qui vni patri Helizeo, iter agenti, illudebant, dicentes. Ascende calue, ascende calue, quos cum vidisset, maledixit eis in no-

mine domini, egressiq́ȝ sunt duo vrsi de saltu & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros prout legitur iiij. Regum ij. Memineris tibi obiectum à Canonicis coram R. domino Episcopo, ꝙ omnes presbyteros azinos appellaueris, itaq́ȝ teipsum, tuos liberos & discipulos temperes, ne simili morbo laborantes, pari pena mulctentur. Verum si quidq́ȝ noueris in concionatore reprehensione & emenda dignum. Hijs qui officio pręsunt, fraterne denunciato, & forte lucraberis fratrem tuum tua in eum pietate, tametsi tu me sepicule impium hominem appellas, qui te nitor Christo & suę Ecclesię lucrifacere, vereor tamen ne prorsus laterem lauem. Tu enim non contentus patres Ecclesię reprehendere sed & ieiunia taxasse audes, de quo excusare te conaris in Helleboro fo. c. v. dicens dum quomodo (astronomia citra superstitionem vti possumus) doceo obiter, adfero hoc simile. Qꝫ quemadmodum supersticiosum nõ sit, Si quis delectu ciborum & potus vtatur gratia conseruandę valetudinis, non vt ijs rebus vitam eternam mereatur. Ita supersticiosum non sit, vt si quis naturales causas, secutus, vel tẽporum vel astrorum, discrimina obseruet, propter hęc pocula (inquis) verba Shamotu-

lanus ex se comminiscitur, à me delectus ciborum & potus in ieiunijs, ab Ecclesia institutis, & ieiunia omnia contemni. Cum ego hoc tantum dicam, supersticiosum esse delectu ciborum, hominem, vitam eternam mereri velle, id quod & Shamotulanum quuis hominem impium, sensurum spero. Nam non video ab illo vlla testimonia, proferri, quibus ob delectum ciborum, vitam eternam hominibus impartiri ostenderet hęc sunt tua Endorfime in Helleboro cantata. GREGOR. AT TE VNA cum lectore attendere velim Num hęc tua scripta quadrare possunt hijs quę in oratione artium liberalium cōmendaticia scripsisti folio l.vj.his verbis. ENDOR Non malam (inquiens) operam locabunt iuuenes si in Astrologiam quam diligentissime incubuerint, neque vero est, quod morosulus quispiā rerum quas retuli, obseruationem superstitionis plenam esse dicat, supersticio est, quando id quod corporis viribus subleuandis, à deo optimo max: couceßum est, ad animę salutē traducimus. Superstitio est quando in rebus externis summam salutis cōstituimus, perinde ac non multi sunt, qui ciborum iuxta potus delectum habent, non valetudinis conseruandę gratia, sed vt his rebus freti vita e-

terna potiantur. Illi sane insani sunt & ad anticyram relegandi, hęc sunt tua Endorsine. GREGOR. Quisquis hęc recte expendendo rimabitur, haud credo diuinabit, at fatebitꝰ aperte te ductum in laqueū, qui etiam in tuis enarrationibus super Marcum capite ij. id confirmas dicens. Christianus seu carnibus seu piscibus vescatur, se ne quidem pilo meliorem esse, animum iuducit credere, hęc sunt tua. Non poteris q̄uis lubricus & tortuosus coluber elabi, quin quisq; prudens lector te adferat ieiunia taxare cum contemptu, Dum eos insanos esse affirmas qui ciborum delectū habent, ob hoc vt vita eterna potiantur. At quod probandum me nulla proferre testimonia sycophantizas. VERVM TIBI ET lectori dicere ausim, nemo qui legerit octauū nostre Anacephaleosis, articulum, negabit, scripturas illic esse nimisq; satis congestas, de ieiunij vtilitate, etiam pro potiunda vita ęterna. Nec nunc quidem grauatum feram vltra illic aggerata, tibi ad saturitatem allegare fretus scriptis beati Ieronymi, contra Iouinianū cuius te esse video asseclam & discipulum. In primis legimus Adam in paradiso accepisse de ieiunio pręceptū, vt cetera poma comedens, ab vna arbore ieiunaret. Beatitudo

paradisi (nota hęc verba Ieronymi) absq; abstinentia cibi, non potuit dedicari, q̄diu ieiunauit in paradiso fuit, comedit & eiect⁹ est Gen. iij. Et tamen eiectus non protinus accepit licentiam carnium vescendarum, nam deus opera carnis, diluuio condemnans: dedit hominibus licentiam carnium edendarum, q̄q̄ & tum in parte ieiuniū imparauit, dum animalia alia munda, alia immunda recipi in archam ipsi Noe precepit vtiq; immundorum esum ablatum sibi ostendens Gene. vij. & viij. Sed nec secunda conscriptio tabularum decalogi potuit absq; ieiunio per Moysen impetrari, quippe qui primas tabulas per xl. dies vacuo vētre digitto dei scriptas accepit, q̄s populus manducans & bibens, consurgensq; ludere, vnius horę saturitate perdidit, fregit em̄ Moyses audacter tabulas, sciens dei sermonem, nō posse audire temulentos Exo. xxxij. Quas igitur ebrietas & gula perdiderat, inedia iterū reperit, Exo. xxxiiij. Ex quibus ostenditur p̱ ieiunium posse nos redire in paradisum vnde per saturitatem fueramus eiecti, quod Ecclesia comprobando in sachro tempore quadragesime canit dicens, Paradisi portas aperiat nobis tempus ieiunij &c̄. Et iterum in Hymno qui incipit Iesu quadragenarie canit. Quo

paradiso

paradiso redderes seruata parsimonia, quos inde castrimergię huc illecebra depulit. Vides ex his scripturis ieiunia ad paradisi gloriã (quæ est vita ęterna) potiundam prodesse. Itẽ si non vult ieiunium deus cur in leuitico precepit, vt die decima mensis septimi omnis põpulus ieiunet vsq; ad vesperam: &c̃ Leuitici xvj, Quare sepulchra cõcupiscentię, vbi carnibus deditus populus ruit, vsq; hodie in solitudine perseuerant: Et crassus populus coturnices, scribitur vsq; ad choleram ructasse Numerorum xi. & Ps. lxx. iiij. Cur homo dei (ad cuius ꝓphetiam, manus regis Hieroboã aruerat) qui manducauit cõtra edictum dei, illico percussus est: & leo quia asinam custodiuit intactam prophetę leuanti se de prandio non pepercit. Qui ieiunus miracula fecerat, pransus illico saturitatis penas luit. iij. Reg. xiij. & j. q. j. Si quis inquit. Daniel item & tres pueri reuelationem merentur ieiunio, & pasti leguminibus pulchriores fiunt, his qui de mẽsa regis carnibus vescebantur, Danielis primo & ij. capite. AT FORSITAN PRO tua perfricta fronte nihil hęc ad nouam legẽ pertinere calumniaberis, Sane Ezechiel & Iohannes in Apocalipsi frustra se vidisse rotã in medio rote, & quatuor animalia plena ocu-

lis testificantur. Quid est rotam in medio rote videre (vt orthodoxi testantur) nisi nouum testamentum figuris veteris testamenti includi, ceu nucleum in medio corticis, quanto nucleus melior cortice, tanto noua lex veteri perfectior. Quod igitur audisti testimonia veteris instrumenti de ieiunio, ad vitam eternã potiundam necessario, audi & nouę legis. In foribus Euangelij Anna annorũ lxxx vidua filia Phamuel quę non discedebat de templo ieiunijs & obsecrationibus, meruit Christum videre in templo præsentatum Luce ij. Pręcursor Christi Iohannes locustis alitur & syluestri melle non carnibus: meruit Christum digito ostendere & baptizare. Ipsemet Christus, omnis perfectionis exemplar ꝗꝗ carnẽ Spiritu sancto conceptam haberet, prorsus Spiritui obsequentissimam, ieiunauit tamen xl. diebus Math. iiij. modumq; ieiunandi docuit Math. vj. diceus. Tu cum ieiunas vnge caput tuum, & infra & pater tuus qui est in abscondito reddet tibi. Ecce mercedẽ ex ieiunio à Christo promissam, quàm tu negare audes impudenter. Nec tibi prodest cauillus, quo voluisti euadere prefatas scripturas, dum in Museo Posnañ. hęc mea scripta vno verbo tentabas confutare, maxime ꝑ Niniuitarũ ie-

iunium qđ rex indixerat hominibus iumentis & pecoribus Ione iij. Ex hoc enim ausus es impudenter dicere, ieiunia prodesse duntaxat, ad remittendas penas tēporales, si (inquiens) ieiunium iustificasset non fuisset indictum etiam pecudibus secundum te. FATEOR ETENIM ILLIC Regem Niniuitarū ieiunium indixisse etiam pecudibus non ob id ꝙ pecora iustificationis essent capatia: nec ob id ꝙ Rex euasisset duntaxat penam temporalem nempe ciuitatis subuersionem, sed vt per tale ieiuniū, in se, in hominibus, pueris & iumentis (pro fame mugientibus & homines ad penitendum excitantibus) exhibitum, eximiam suam notorie declararet humiliationem, per quàm deuenitur ad gratiam iustificantem, & deinde vt euasisset poenam pro peccatis non modo in hac vita moribunda sed & in iehenna debitam, vnde ibidem in textu Ione tertio subditur, Et vidit deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala, & misertus est eorum, en miseratio diuina (cuius non est numerus) in pœna nō duntaxat temporali (vt tu putas) sed in perpetua remittenda, Deus enim optimus maxi qui imperfectionis opus non nouit, Deutro. xxxij. & totum hominē sabbato curauit Lu

ce vij. & Ioh. v. peccata non ex parte sed ex toto dimittit, pœnamq; temporalem (nisi relaxata ęterna) non dimittit .c. maiores .§. sed adhuc de bap: & eius effe: Vnde ad hominem quem xxx. & viij. annos iacentem in piscina curauit, dixit. Ecce sanus factus es iam noli peccare. Q; si nec ista capis, vide beatum Ciprianum martirē in sermone de ieiunio, multa certe admiranda disserentem, qui sic concludit quotquot viros virtutum vidimus: sine ieiunio non vidimus ascendisse.

Nunc venio ad vltimum tuum errorē, vbi tu in Helleboro fo c. v. fa. ij. sic ad me apostrophas, ENDCR. ad extremū dubitas an hūc syllogismū recte ex Pauli Epistolis colligam, aut fide in Christū iustificamur, aut Christus frustra mortuꝰ est, Sed Christꝰ frustra mortuꝰ nō est, ergo fide in Christū iustificamur, & addis principio (inquiens) non ignoras in hoc argumenti genere, posito altero, necesse est tolli alterum. Item sublato altero poni alterum L. hęc verba. ff. de verbo: signi: hactenus tua verba. GREG.

Quam te argutū dialecticum ante omnia possis ostentare. Inducis

me non ignorare hoc argumenti genus .s. pō-
sito altero, necesse est tolli alterum & ecōtra.
ENIMVERO tibi ego respondeo ꝙ tu nō
solum ineptissime & inscite, sed prorsum sto-
lide pōnis hoc genus argumenti, nam si posi-
to altero necesse est tolli alterum secundum
te ergo posito dextro in te oculo necesse est
tolli sinistrum, tenet ista consecutio quia dex-
ter oculus est alter à sinistro, & econtra. Item
posito poculo vini super tabulam, necesse est
tolli panem & econtra secundum te. Item po-
sito te casco in cubili necesse est tolli tuam ca-
scam & econtra secundum te. Quia tu es al-
ter à tua casca. En vides qm̄ ridicula est tui
cerebri ista argutatio, quę te ostentat egregiū
dyalecticum.

Porro illud ego argu-
mentandi genus non ignoro insignis Theolo-
ge, Posito altero oppositorum incompatibi-
lium, necesse est tolli alterū, vt inquit Ari-
stoteles in postpredicamentis, Et proculus in
al. L. hęc verba, vbi exemplificādo dicit, ve-
luti cum dicimus aut dies, aut nox est. Item
aut sedet, aut ambulat, En tu legum lector
eximie non vidisti legistica exempla, quę te
cæcutientem possunt in Dyalectica erudire.

Verum in tuo syllogismo quem proponis .s. Aut fide in Christum iustificamur, aut frustra Christus mortuus est &c. Non est positio oppositorum incompatibilium, immo simul stantium, nam iustificatio nostra ex fide sumit initium, eo ꝙ accedentem ad deum oportet credere ad Hebr. xj. Deus vero iustificat effectiue, quia gratiam & gloriã dat dominus, Psalmo lxxxiij. Mors autem & passio Christi iustificat meritorie, quem proposuit deus propiciatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitię, propter remissionem pręcedentium delictorum ad Roma. iij. prout ista diffusius scripsi in Anacephaleosinostra, ad quę tu, ne mu quidẽ mutire scis. QVOD VERO ADDIS AD me apostrophando porro (inquiens) Paulum non totã vim iustificãdi soli fidei tribuere. ENDOr Iam te (inquis) iudicẽ statuo. Quid dicis queso ad hos locos Pauli ad Ephe, ij. dei donũ est nõ ex operibus vt ne quis glorieẽ. Ad Rom. iij. Iustificari gratis. Ad Gal. ij. Scio ꝙ non iustificetur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi an non ille particule, donũ gratis, nisi exclusiue sunt, hęc sunt tua ṽba. GREG. Ad quæ & si dignus non sis, vt tibi respondeam, quandoquidem nec tu ad illa

scripturas per me in At acephaleosi contra te inductas respondisti. Verum tamen, vt vel pio lectori, non tibi obstinato satisfaciam, paucis respondeo, ꝙ ille vocule, donum, gratis, nisi sunt exclusiue iustificationis, in eodem genere causę, sed non in alio & alio genere iustificandi, quia fide iustificamur iniciatiue, quae est substantia seu fundamentum, rerum sperandarū &c̄ ad Hebr. xj. dono seu gratia dei iustificamur formaliter, seu vt quo, Et hoc est quod Paulus ibidem ad Ephe. ij, dixit, gratia estis saluati per fidem, operibus bonis iustificamur cooperatiue & ad fidem meritorie. Ita intelligendo, ꝙ si opera meritoria ex sola operum humanorum dignitate, natura, ac qualitate attendantur Nemo ex bonis operibus (merito condigni) saluatur, sed pure gratis & solo dono & gratia dei vt volunt Pauli verba. Qui etiam ad Roma: viij ait. Non sunt condigne passiones huius saeculi ad futuram gloriā &c̄, Et Christus Lu. xvij. Cū (inquit) feceritis omnia, quae praecepta sunt vobis, dicite serui inutiles sumus &c̄. Sin vero opera bona & meritoria extimentur ex diuina promissione liberaliter & gratuito nobis facta, qua Christus dixit Mathei xix. Si vis ad vitā ingredi serua mandata dei. Et irem ix. Con-

uentionē Christi factā cum operarijs ex denario diurno qua Mathei xx dixit. Ite in vineā meam, & quod iustum fuerit dabo vobis. Et iterū voca operarios & redde illis mercedem &c. Si inq̄ attendātur opera meritoria ex cōuentione facta & ipsius promittentis veritate, quę fallere scit neminem, & gratiæ dei adiutricis in nobis operantis & cooperantis bonitate, sic cuilibet merito respondebit suum premium, de congruo, ipso Christo teste Lu. x. Omnis mercenarius sua mercede dignus est, s. tanq̄ (merito cōgrui) debita pro labore. Qua conuentione & pollicitatione Christi, ceu verissima stāte, iustum est reddere & iniustum non reddere, q̄uis hęc ipsa iusticia, ex sola dei promittentis pēdeat liberalissima volūtate, qua non solum vult reddere, quod nostrum esse videtur, Sed & quod ipsius est, se quasi nostrum nobis offert daturum, dicens. Tolle quod tuū est, & vade Mathei xx. Qui & ij. Paralip, xv. pollicitus est dicēs, erit merces operibus vestris. Et Mathei v. Ecce merces vestra in cœlis copiosa. Quod & Paulus confirmat 1 Corin. iij. Vnusquisq̄ (inquiens) propriam mercedem accipiet, secundum laborem suum. Nemo autem ambigit mercedē referri ad opus bonum, sicut & premium ad

Konserwację papieru wykonała
p.Anna Szeremeta, oprawę -
p.Katarzyna Mazurkiewicz
z Pracowni Koserwatorskiej BJ
luty - marzec 1978 r.